

# BOLETIN ECLESIASTICO

"Entered at the Manila Post-Office as second-class matter on June 4, 1925".

P. O. BOX, 147.

ORGANO OFICIAL  
INTERDIOCESANO  
MENSUAL



EDITADO POR LA  
UNIVERSIDAD  
DE STO. TOMAS

Febrero, 1939

Año XVII—No. 187

## SECCION OFICIAL

### EL DIA 20 DE MARZO NO ES DIA DE PRECEPTO

*Al Venerable Clero Secular y Regular:*

*En la preparación del Ordo Divini Officii recitandi Sacri- que perangendi para las distintas Archidiócesis, Diócesis y Corporaciones Religiosas del mundo siempre sirve de base el Ordo Divini Officii Recitandi Sacri- que perangendi juxta Kalendarium Ecclesiae Universalis (Marietti, Turini, Italia). Por esto en la preparación del Ordo 1939 pro ambabus Provinciis ecclesiasticis Insularum Philippinarum se han seguido las mismas normas. No cabe la menor duda que el Ordo Universalis es verdadera autoridad en el ramo, fundado en fuentes fidedignas, hecho por el cual nadie se atrevería a hacerle responsable de error, mientras no pueda comprobarlo con documentos auténticos.*

*La Iglesia Católica celebra todos los años la Fiesta de San José el día 19 de marzo. Este año el 19 marzo coincide con la Dominica IV de Cuaresma, "Dominica Laetare", la cual, de conformidad con las Rúbricas, está clasificada como Dominica 1. Classis. De estos Domingos "Dominicae maiores 1. classis" dicen las Rúbricas: "Dominicae 1. cl. quae in occurrentia, etiam accidentali, Festis quibuslibet praeferuntur"; y si se trata de*

2. clase, estas se trasladan al próximo día libre. Esto es precisamente lo que ocurre este año con la Fiesta de San José y volverá a ocurrir el año 1944.

Según el Canon 1247 la Fiesta de San José es día de precepto, lo que quiere decir que los fieles están obligados a asistir a la Santa Misa y abstenerse de trabajo servil, y el Párroco tiene la obligación de aplicar la Misa "Pro Populo", aquí en Filipinas "Pro Seminario ad intentionem Ordinarii".

Teniendo esto presente ¿qué hay que decir en el caso, como el de este año, en el que el Oficio de San José se traslada al día siguiente, 20 de marzo?

El Ordo Universalis indica que este año el día 20 de marzo es día de precepto. Lo ha señalado con la cruz con que se señalan estos días. Según esto quedarían en pie las obligaciones arriba mencionadas para la Fiesta de San José como trasladadas al día 20 de marzo.

Dada la autoridad de que goza el Ordo Universalis el Moderator Kalendarii para Filipinas ha creído conveniente seguir también en esto al Ordo Universalis y ha puesto en la página 37 del Ordo lo siguiente: "Cras annuncietur populo Festum S. Josephi, Sponsi B. M. V. de praecepto servandum FERIA 2. die 20 hujus mensis". Y en la página 38, debajo de la fecha 20, ha puesto la cruz que significa que dicho día es día de precepto.

Como hasta la fecha no se han aducido autores que prueben que el Ordo Universalis está en un error nos pareció ser suficiente motivo para seguirle en la preparación del de Filipinas.

Durante las últimas semanas se nos ha llamado la atención desde varias partes sobre la controversia que sobre este mismo punto tuvo lugar el año 1933, cuando la Fiesta de San José se celebró también el 20 de marzo.

Buscando razones y autores que puedan comprobar que el Ordo Universalis y con él también el Ordo de Filipinas han cometido un error al declarar que el día 20 de marzo es Fiesta de precepto, hemos llegado al siguiente resultado:

Canon 2. Dice: "Codex plerumque nihil decernit de ritibus et ceremoniis quas liturgici libri, ab Ecclesia Latina probati, servandas praecipiant in celebratione sacrosancti sacrificii, in administratione Sacramentorum et Sacramentalium aliisque sacris peragendis. Quare omnes liturgicae leges vim suam retinent, nisi earum aliquis in Codice expresse corrigantur".

Los Autores:

*DE HERDT: Sacrae Liturgiae Praxis, Tom. II, n. 280: "Si transferatur festum, quod feriationem anexam habet, non transfertur feriatio, sed haec servatur eo die quo festum cadit."*

*Confer: S. R. C. 20 Mart. 1706, n. 3590-3739  
S. R. C. 10 Dec. 1733, n. 3870-4020*

*WETZER & WETTE en la Enciclopedia Eclesiástica, t. XI. pag. 1976: "La traslación vale, por lo general, (la Fiesta de la Anunciación hacia antiguamente una excepción) solamente para el Oficio; la celebración exterior de los días de precepto, como los privilegios de las indulgencias quedan para el día en que la fiesta debería celebrarse."*

*J. BERTHIER: Consultor del Clero, pag. 720, n. 2988, dice: "Cuando una Fiesta es transferida, bien por lo que mira al Oficio, bien por lo que atañe a la Misa, la obligación de asistir al Santo Sacrificio y abstenerse de trabajar no queda así mismo transferida, como tampoco la tiene el párroco de aplicar por populo la Misa. Estas obligaciones permanecen fijas al día en que la Fiesta debería celebrarse regularmente"*.

**POR LO TANTO:**

*El Ordo Universalis y con él tambien el Ordo para las diversas Diócesis de Filipinas se han equivocado al anotar el día 20 de marzo como día de precepto. Quoad Officium et Missam se celebrará la fiesta el 20 de marzo. Pero no se traslada la obligación de asistir a Misa ni de abstenerse de trabajo servil. Esto quiere decir que el DIA 20 DE MARZO NO ES ESTE AÑO DIA DE PRECEPTO. Para los señores Curas Párrocos no existe la obligación de aplicar "pro populo" vel "pro Seminario". Y si no hay obligación de asistir a Misa este día tampoco estará permitida la binación.*

*Siendo humano el errar, el Moderador del Ordo para Filipinas suplica al Venerable Clero nos disculpe el error de haber señalado el día 20 de marzo como día de precepto, error que con lo dicho anteriormente queda aclarado y subsanado. El día 20 de marzo no es día de precepto.*

**P. CARLOS KRUSENBAUM, S.V.D.**

*Moderador del Calendario*

# Diócesis de Filipinas

## ARZOBISPADO DE MANILA

*Circular mandando se celebre una Semana Eucarística en conmemoración del aniversario del XXXIII Congreso Eucarístico Internacional.*

January 5, 1939

Very Rev. and dear Father:

On January 29th the Students' Catholic Action will open its Eucharistic Week in Manila with a Pontifical Mass and sermon at the Cathedral.

A program of daily sermons for the religious instruction of the youth and Eucharistic devotions will be held in several churches of the City. The Week will close with a Triduum, general Communion and procession of the Blessed Sacrament.

As we shall have this Eucharistic Week in Manila for the students, will it not be possible for you, to join us in this homage to our Sacramental Lord, in commemoration of the XXXIII I. E. C., and have a similar program of services in your own parish and in all the parishes of your deanery from Jan. 29 to Feb. 5?

Please, do your best to prepare a good program for the convenience of the students in your parishes. The Lord will bless you through the prayers of the young who will flock to receive Him in holy Communion from your hand. Make the children pray for the Archbishop's intentions and for the success of this Diocese.

Yours devotedly in Christ,

† CESAR MARIA GUERRERO  
*Auxiliary Bishop of Manila*



## SECCION DOCTRINAL

### *Error Communis et Iurisdictionis Suppletio ab Ecclesia*

(Can. 209)

Cum institutum iuridicum de iurisdictionis suppletione in errore communi magnum habeat interesse pro curam animarum habentibus, nam non raro ad nostram Ephemeridem consultationes de hacce re a diversis sacerdotibus mittuntur, convenientissimum nobis visum fuit totam doctrinam ipsum respiciens scientificè heic exponere atque declarare.

Notissimum apud utriusque iuris, sive caesarei sive canonici, interpretes institutum de iurisdictionis suppletione in errore communi abs dubio habetur. Ipsummet magnam olim praebuit occasionem quamplurimis discussionibus, quae quidem nec nostro tempore ex toto disparuerunt.

Nos igitur attendentes unice ad verba nostri instituti iuridici, prout ipsum in can. 209 reffertur, sequentes volumus pertractare quaestiones. Prima autem harum uti praevia manifeste est consideranda. Sic. ergo

- I.—Iurisdictionis suppletio in errore communi apud Ius Vetus.
- II.—An aliquis et qualis requiratur titulus pro iurisdictionis suppletione in errore communi.
- III.—An iurisdictionis suppletio ab Ecclesia in errore communi, sive iuris, sive facti.
- IV.—Quandonam error, de quo in can. 209, dicatur et sit reapse communis.
- V.—Natura potestatis suppletivae can. 209.
- VI.—Id quod ab Ecclesia in errore communi suppletur quo usque sese extendat.

### Iurisdictionis suppletio in errore communi apud Ius Vetus

1.—Cum omnes omnino canonistae ore unanimi admittant institutum iuridicum de iurisdictionis suppletione in errore communi originem trahere a Iure Romano nonnulla in praesentiarum praemittenda sunt de hocce instituto apud illud Ius, ut clarius appareant sensus atque natura eiusdem instituti in nostro Iure, nam uti scribit Sanchez: “Tota huius disputationis difficultas pendet ex intelligentia legis Barbarius”. (1). Post haec addimus pariter nonnulla circa existentiam praesentis instituti in iure ecclesiastico. Sic igitur.

2.—A) IUS ROMANUM.—Apud Ius Romanum institutum de iurisdictionis suppletione in errore communi refertur in sic dicta lege *Barbarius*, cuius tenor est sequens: “Barbarius Philippus, cum servus fugitivus esset, Romae Praeturam petiit, et Praetor designatus est: sed nihil ei servitutem obstetisse, ait Pomponius, quasi Praetor non fuerit. At quin verum est, praetura eum functum, et tamen videamus si servus, quandiu latuit dignitate praetoria, functus sit: quid dicemus? quae edixit, quae decrevit, nullius fore momenti? an fore propter utilitatem eorum, qui apud eum egerunt vel lege quo alio iure? Et verum puto nihil eorum reprobari. Hoc enim humanius est: cum etiam potuit populus Romanus servo decernere hanc potestatem: sed et si scivisset servum esse, liberum effecisset. Quod ius multo magis in Imperatore observandum est”. (2).

Circa legem huc relatam sequentes facimus animadversiones, de cetero scitu necessarias pro meliori intelligentia atque interpretatione eiusdemque instituti in iure ecclesiastico.

3.—Prima. Omnia illa acta ab illo Praetore facta uti rata et valida habentur iure Romano quia ita postulabat utilitas eorum qui apud eum egerunt. Hinc dictae legis ratio ex mente Ulpiani nulla alia indicatur nisi utilitas et bonum publicum seu commune ipsius populi Romani, nam multa incommoda aliter necessario sequerentur, si omnia illa uti invalida atque infecta

(1) Sanchez, *de Sancto Matrimonii Sacramento*, tom. I, lib. 3, disp. 22, n. 1, p. 252, edit. Antuerpiae, 1614.

(2) *Digestorum* lib. I, tit. 14, de Officio Praetorum, ff. 3.

haberentur. Ex eiusdem igitur iuris caessarei mente nullatenus supra dicta uti rata et valida deberent haberi, si talis boni communis ratio in casu non intercessisset. Idcirco propter bonum tantum privatum beneficium illius instituti iuridici non obtinebatur. (3).

4.—Secunda. In specie facti ab Ulpiano allata satis superque apparet auctoritatem publicam supplēvisse potestatem, qua carebat ille Barbarius Philippus, erga ea quae gessit, eo quod ageretur in casu *de Officio Praetoris*, scilicet de quodam munere ab ipsamet proinde auctoritate publica constituto in utilitatem ipsorum civium. Necessē ideoque credebatur convalidandos esse omnes illos actus, qui habitualiter et ratione ipsius officii publici ab illo servo Praetore ponebantur. In lege igitur Barbarius non agitur de convalidandis quibuscumque actibus, sed tantum illis, quos ipsemet Barbarius Philippus possuit ex officio seu dignitate Praeturae, et nullatenus de convalidando alio quocumque actu posito ex mera aliqua facultate forse aliunde habita a dicto Praetore: pro illis revera actibus auctoritas, ne inepta videatur, consulere debet; pro mere singularibus, iure ac merito ipsamet auctoritas ipsos contemnit. (4).

5.—Tertia. Legis *Barbarius* dispositio procedit si erratur *in facto*, secus si *in iure* (5). Nam optime notam habemus illam glossam: "Circa factum error facit ius", "quam, ut asserit Sanchez (6), omnes Doctores allegandi tota hac disputatione sequuntur". In rerum veritate textus dictae legis loquitur de populi Romani errore circa praeturae dignitatem, qua credebatur indutus ille servus. Populi communis error versabatur circa veri tituli existentiam, nempe circa praeturam, nullo modo circa illius tituli naturam, nam de hoc nihil omnino innuitur in dicta lege, at tantum est sermo de dignitate praeturae, quatenus ipsamet latuit populo Romano, ipsaque indutum fuisse Barbarium

(3) Cfr. Tosso in articulo: "Jurisdictio quando ab Ecclesia suppleatur". (Ius Pontificium, ann. XVII, 1937, pag. 98).

(4) Cfr. Tosso in cit. art., pag. 98-99.

(5) "Dispositio leg. Barbarius Philippus procedit si erratur in facto, secus si in iure. Cum decisionis ea potest reddi ratio, quia conclusio dict. leg. Barbarius procedit dumtaxat, quando error est in facto, secus si erretur in iure, ut originaliter docuit Feder. de Senis in cons. 112, num. nihil 5, ver. et si dicatur, quem sequitur Francisc. igr. in rubr. ff. de oper. nov. nunc., concl. 648, n. 100". (Sperello, **Decisiones Fori Ecclesiastici**, dec. 31, n. 11, part. prim., pag. 170.—Ed. Coloniae, 1667).

(6) Sanchez, op. cit., loc. cit., n. 6, pag. 253.

Philippum cives Romani communi errore credentes. Hoc est maximi momenti pro infra dicendis, an nempe Ecclesia suppleat iurisdictionem in utroque errore, sive iuris, scilicet, sive facti.

6.—Quarta. In lege Barbarius expresse fit sermo de casu in quo *praecessit electio* alicuius in praetorem, qui habilis apud populum ad praeturae dignitatem putabatur, sed revera inhabilis. (erat enim servus fugitivus). Idcirco Barbarius Philippus communi populi opinione credebatur verus Praetor, non propter quamcumque rationem, sed quia ab ipsomet populo fuerat electum, unde electio erat titulus, quo existimabatur verus Praetor, et revera talis fuisset, si conditioni servitutis subiectus inventus non fuisset. Unde illa electio habuit speciem seu colorem veri tituli. Titulus ergo coloratus habetur manifeste in dicta lege Barbarius simul cum errore communi. (7).

7.—Quinta. Insuper lex Barbarius eodem modo procederet etiamsi de facto populus Romanus non habuisset potestatem cum illo servo dispensandi seu illum habilitandi ad praeturae dignitatem. Clare etenim apparet in eiusdemque legis textu omnia Barbarii gesta non esse reprobanda et nullius momenti, ideo quia fuisset a populo Romano dispensatus et verus Praetor electus, sed ex quadam humanitate et aequitate, prout extat communis Doctorum sententia. (8).

8.—Sexta. Denique inter iuris cessarei Doctores magna habita fuit disputatio utrum servus Barbarius fuerit verus Praetor, an tantum praetura functus fuisset, seu aliis verbis ius civile iurisdictionem tantum suppleverit quotiescumque ille servus suum publicum officium exercebat. (9). Ulpianus tenet

(7) Cfr. Reiffenstuel, *Ius Canonicum Universum*, vol. 3, lib. 2, tit. 22 de fide instrumentorum, par. 9, n. 268, pag. 125. Ed Parisiis, apud Ludovicum Vives, 1864-1870.

v (8) "Et ratio praedictorum ea reddit potest, quia gesta a putativo Praelato, data inhabilitate personae, sunt valida non ex iurisdictione tributa a superiore, titulum nulliter conferente; sed ex iurisdictione tributa ab utroque iure, nempe ex lege Barbarius a Iure civili et ex c. Infamis... a Iure Canonico". (Sperello, op. cit., dec. 30, n. 38, part. prim., pag. 168). "Itemque suadet ex eo, quia huiusmodi facultas dispensandi nihil operatur. Nam gesta a Barbario Philippo fuerunt valida, non quia fuerit a Populo Romano dispensatus, nec quod ipse fuerit verus Praetor, sed ex humanitate, et aequitate, iuxta communem DD. sententiam..., et sic facultas dispensandi, quae erat in Populo Romano, habebat se mere impertinenter, ac proinde non est habenda in consideratione". (Sperello, ibidem).

(9) Cfr. Sanchez, op. cit., loc. cit., n. 5, pag. 253.

Barbarium tantum praetura functum esse, nullatenus fuisse Praetorem, nam non videtur Populum Romanum, et praesertim Principem tali in casu fecisset, cum conditionem ipsius Barbarii, scilicet servitutem, ignorasset. Et cum aliud sit esse Praetorem et aliud fungi praetura, sequitur potestatem, quam de facto exercebat, esse alterius omnino conditionis et naturae ac esset illa potestas, quae ipsi competeret ratione officii seu dignitatis praeturae.—Omnia haec suum sine dubio habent momentum pro quaestione de natura potestatis, quae de facto exercetur et possidetur in casu erroris communis: utrum namque descendat supradicta potestas directe ab ipsomet iure communi, i.e. suppleatur potestas, vel revera ex eodem officio possideatur atque exerceatur.

9.—B) IUS CANONICUM. Existentia instituti iuridici de iurisdictionis suppletione in errore communi apud Ius Vetus est omnino manifesta. Tres vel quatuor textus erunt sufficientes pro hac assertione comprobanda. Sanchez (10) tenet *certissimum esse* gesta a iudice ordinario pertinentia ad forum exteriusum valida esse in casu erroris communis simul cum titulo colorato seu praesumpto. Lessius (11) hoc ipsum dicit esse verum non solum in foro externo, sed insuper in interno, nam etiam si nihil expressum habeatur pro hoc foro, quod iura disposuerunt pro foro externo in uno casu, id quoque debet intelligi pro aliis, maxime quando est par aut maior dispositionis ratio. Card. Gasparri (12) pariter testificat *notissimum esse* iurisdictionem ab Ecclesia suppleri in casu erroris communis cum titulo colorato. De existentia igitur nostri instituti de iurisdictionis suppletione ab Ecclesia in errore communi apud Ius praecedens nullum omnino dubium habetur.

10.—At quaestio praecipua relate ad huius instituti in iure veteri existentiam est sequens: nostrum institutum iuridicum erat in iure veteri lex revera talis contenta in aliqua collectione legali, vel fuit tantum usu introductum?

Relate ad hoc canonistae aliter et aliter loquuntur. Non-

(10) Cfr. Sanchez, *ibidem*.

(11) Cfr. Lessium, **De Iustitia et Iure**, lib. 2, cap. 29, dub. 8, n. 67, pag. 370.—Ed. Parisiis, 1618.

(12) Cfr. Gasparri, **de Matrimonio**, 1904, n. 1082, vol. II, pag. 132.

nulli ita considerant institutum de iurisdictionis suppletione in errore communi ac si esset revera lex seu dispositio iure expresse condita. Sanchez loquendo de existentia huius instituti ita scribit: "Quia id expresse utroque iure decissum est" (13); Mayr animadvertit legem Barbarius fuisse "tacite canonizatam" per can. 1 in fine, III, 7 (14); uti "receptissima ab utroque iure" habetur lex Barbarius iuxta Giraldi (15); haec lex "suo modo canonizata videtur" per can. Infamis scribit Schmalzgrueber (16); Wiestner tenet Caput Barbarius receptum esse in Decreto Gratiani per canonem Infamis, et postea "vim ecclesiasticae legis" obtinuisse a Gregorio IX per insertionem eiusdem capituli in responso Innocentii III in cap. 24, de sent. et re iudic., X, II, 27. (17). Et ita plures alii.

Alii e contra canonistae non ita cogitant, et existimant praesens institutum iuridicum usu introductum esse in iure ecclesiastico atque nullatenus contineri in aliquo textu iuris revera legalis. Suarez ita loquitur: "... quod (sc. c. Barbarius) ad res ecclesiasticas accomodavit Gratianus..." (18). Et in tract. de Poenitentia: "Est hoc principium iure *receptum* ut qui existimatione..." (19). Icard: "Omnes canonistae testantur *admissam* fuisse in iure ecclesiastico legem Romanam Barbarius..." (20). Trombetta: "Hoc *usu* magis quam legislatoris expresso decreto introductum fuit". (21). Et hoc ipsum apud plures alios auctores. (22).

Quid ergo dicendum in casu? Eratne vera lex canonica hoc nostrum institutum in iure ante Codicem, vel canon 209 dicendus est omnino novus? Ad calcem huius canonis revera

(13) Sanchez, op. cit., loc. cit., n. 5, pag. 253.

(14) Mayr, **Trismegistus Iuris Pontificii**, tom. 3, lib. 4, tit. 26 de praescriptionibus, n. 82, pag. 236.—Ed. Augustae Vindelicorum, 1742.

(15) Giraldi, in nota VIII, part. II ad verb. Confessarius, in cap. IV Operis "**De Poenis Ecclesiasticis**" cl. Caroli Thesauri.

(16) Schmalzgrueber, "**Ius Ecclesiasticum Universum**", tom. 2, part. I, tit. 1 de iudiciis, n. 20, pag. 18.—Ed. Romae, 1843-1845.

(17) Wiestner, **Inst. can.** II 1. 82. (Hic textus habetur citatus apud Ojetti, **Comm. in Cod. I. C.**, lib. 2, can. 200).

(18) Suarez, **de Censuris**, disp. XIX sect. I, n. 10.

(19) Suarez, **de Poenitentia**, disp. XXVI, sect. VI, n. 7.

(20) Icard, **Praelectiones Iuris Canonici**, Consect. prim. Part., n. 284 pag. 507.—Septima Edit., Parisiis, 1893.

(21) Trombetta, **Supplet Ecclesia**, pag. 15.—Neapoli, 1931.

(22) Vide Maroto, **Institutiones Iuris Canonici**, n. 731, pag. 874 (3 edit., Romae, 1921); et Coronata, **Institutiones Iuris Canonici**, vol. I, pag. 339, nota 6 (ed. Taurini 1928-1936).

non habentur fontes, sed hoc non constituit argumentum probativum pro dispositione contenta in canone omnino uti lege nova declaranda.

Ad recte cogitandum in hac quaestione existimo attendi debere ad legem revera canonicam de iure Romano uti suppletorio iuris ecclesiastici. Circa hoc nullum omnino dubium. In cap. *Intelleximus* 1, X, de novi operis nuntiatione, V, 32 expresse continetur haec sequens dispositio legalis: "Quia vero sicut leges non dedignantur sacros canones imitari, ita et sacrorum statuta canonum Principum constitutionibus adiuvantur". (23). Potuisset teneri institutum iuridicum de iurisdictionis suppletione ab Ecclesia in errore communi *implicitè* iam esse introductum per hanc dispositionem canonicam Lucii Papae III in praesenti capite *Intelleximus* contentam. Imo per decretalem Innocentii III *Ad probandum* (c. 24, X, de sent. et re iud., II, 27), in qua quaedam iudicialis sententia ea de causa revocatur quia lata a iudice *publicè* excommunicato, *explicitè* admittitur nostrum institutum iuridicum, nam expresse Summus Pontifex facit suam

(23) Ad huiusmodi quaestionem de iure canonico uti suppletorio iuris romani et e contra de iure romano quo suppletorio ipsius iuris ecclesiastici vide Gonzalez in suo opere: "**Commentaria Perpetua in singulos textus quinque Librorum Decretalium**", tom. 5, lib. 5, tit. 32 de novi operis nuntiatione, cap. *Intelleximus*, ubi sequentia scribit cum exponit verbum "dedignantur".

"Dedignantur".) Novella 83 et 131 Justiniani, l. sacris 45 C. de Episc. et cleric. quod etiam usurpavit Pontifex in cap. clericus 8, de iudiciis, cap. ult., de secundis nuptiis, cap. 1, de iuramento calumn., cap. Nicaena 12, 31 dist., et saepe sacri canones profitentur, se non respuere legum saecularium famulatum; cap. super specula 28, de privil., et sic statuta canonum constitutionibus Principum adiuvantur, atque secundum regulas iuris civilis ecclesiasticae quoque controversiae terminantur, si canonibus non opponantur, et ipsi deficiant, cap. si in adiutorium 7, dist. 10, unde in praesenti tractatu de novi operis nuntiatione, quia nulli sunt sacri canones, in quibus statuatur ius servandum in hac parte in causis ecclesiasticis: ideo tam Lucius III in praesenti, quam Innocentius, Honorius, et Gregorius in decretalibus sub hoc titulo compilatis tantum observare iubent leges saeculares". (GONZALEZ, op. cit., loc. cit., pag. 310.—Edit. Maceratae, 1756).

En citationes completae diversorum textum utriusque iuris, simul cum verbis in ipsis textibus notatu dignis:

#### 1) Novella 83.

Citatio: Liber Constitutionum Novellarum D. Justiniani, Collatio Sexta, Novella 83.

Titulus: "Ut clerici apud proprios Episcopos primum conveniantur, et post hoc apud civiles iudices".

Verba: "...cum oporteat talia ecclesiastice examinari, et emendari animas delinquentium per ecclesiasticam mulctam secundum sacras et divinas regulas, quas etiam nostrae sequi non dedignantur leges".

#### 2) Novella 131.

Citatio: Liber Constitutionum Novellarum D. Justiniani, Collatio Nona, Novella 131.

Titulus: "De ecclesiasticis Titulis, et Privilegiis, aliisque capitulis".

doctrinam contentam in cap. Infamis (C. III, q. 7), in cuius glossa reffertur lex Romana Barbarius. (24).

Insuper nonnulla habentur documenta a Sancta Sede emanata in quibus expresse admittitur atque proponitur doctrina huius instituti iuridici de iurisdictionis suppletione in errore communi. Sic explicato modo existendi huius instituti iuridici in iure veteri ecclesiastico, scilicet uti legis revera canonicae, sed

(24) "Infamis persona nec procurator esse potest, nec cognitor". C. III, q. 7.—Et in glossa: "Verumtamen si servus, dum putaretur liber, ex delegatione sententiam dixit: quamvis postea in servitum depulsus sit, sententia ab eo dicta, rei iudicatae firmitatem tenet".

Verba: "Praedicatum enim quatuor synodorum dogmata sicut sanctas scripturas accipimus, et regulas sicut leges observamus".

**3) I. sacris 45, C. de Episcopis et clericis.**

Citatio: Codicis lib. I, tit. III, l. 45 **sacris**.

Agitur: De filiis praesbyterorum, diaconorum et subdiaconorum.

Verba: "Quemadmodum enim sacris canonibus prohibita sunt talia, sic et secundum nostras leges rem ipsam prohiberi".

**1) c. Clerici 8, de iudiciis.**

Citatio: c. Clerici 8, X, de iudiciis, III, 1.

Titulus: "Clerici de omni crimine debet coram Ecclesiastico iudice conveniri, nec valet consuetudo contraria".

Verba: "Cum Imperator dicat, quod leges non dedignantur sacros canones imitari...."

**2) c. ult. de secundis nuptiis.**

Citatio: C. cum 5, X, de secundis nuptiis, IV, 21.

Titulus: "Sumatur ut praecedens (sc. mulier nubens intra annum lugubrem infamiam non incurrit".

Verba: "cum in his praesertim saeculares leges non dedignantur sacros canones imitari".

**3) cap. 1, de iuramento calumniae**

Citatio: c. Inhaerentes 1, X, de iuramento calumniae, II, 7.

Titulus: "Clerique in causa Ecclesiae suae iuramentum calumniae potest alteri committere; et per se iurare non cogitur, nec debet sine superioris licentia".

Verba: "Nam cum Imperator Iustitianus decreverit, ut canones Patrum vim legum habere oporteat...."

**4) cap. Nicaena 12, 31**

Citatio: C. Nicaena 12, D. XXXI

Titulus: "Disuasus Paphnutii Nicaena Synodus non constituit, quod Praesbyteri cum suis mulieribus non dormirent".

Verba: Nihil speciale habetur.

**5) cap. Super specula 28, de privilegiis**

Citatio: Cap. Super specula 28, X, de privilegiis, V, 35.

Titulus: Parisiis, et in locis vicinis ius civile legi non debet".

Verba: "Sane licet Sancta Ecclesia legum saecularium non respuat famulatum, quae aequitatis, et iustitiae vestigia imitantur...."

Sicut in textibus iuris ecclesiastici supra citatis manifeste habetur ius romanum esse suppletorium nostri iuris atque in materiis de quibus agitur supradictum ius esse revera legem canonicam, ita merito dici potest de instituto romano legis Barbarius post decretalem Innocentii III Ad probandum, ubi de facto admittitur doctrina instituti Romani de iurisdictionis suppletione. Hoc clare constat argumento a contrario.

suppletæ tamen a iure Romano, potest quoque explicari id quod contingit in discussione atque declaratione eiusdem instituti apud auctores iuris præcedentis. Unde existimamus non tantum usu introductum esse in iure ecclesiastico institutum Romanum de iurisdictionis suppletione in errore communi, sed modo supra indicato.

11.—Aliquid denique dicendum de modo interpretandi atque exponendi institutum iuridicum de iurisdictionis suppletione in errore communi contentum in can. 209. Si hic canon, uti revera accidit, non est novus, sed reffert ius vetus, tunc quid relate ad sententias auctorum etiam privatorum, Codicem præcedentium, exponentes nostrum institutum iuridicum: suntne attendendæ pro recta huius canonis interpretatione?

Abs dubio ad rem responderi debet modo affirmativo, nam canon refferens et congruens cum iure veteri, ex ipso iure veteri et probatis atque receptis apud probatos auctores interpretationibus existimari debet (c. 6). Revera huius canonis 6 dispositiones optime applicari possunt et debent ad nostrum institutum iuridicum, quia etiamsi non ageretur de iure scripto, canon ille non loquitur exclusive de tali iure, præsertim in nn. 2, 3 et 4, ubi ius debet sumi maiori extensione, videlicet non solum pro iure scripto, sed etiam pro non scripto. Hoc ipsum quoque apparet eo quod in supradictis numeris legislator non adhibet verbum "lex", sed verbum "ius", quod pro utroque iure merito intelligi atque interpretari potest.

Sic igitur institutum præsens de iurisdictionis suppletione in errore communi quatenus congruat cum iure veteri, et illud refferat, iuxta canonis 6 dispositiones exponere atque interpretari conabimur.

## II

### An aliquis et qualis requiratur titulus pro iurisdictionis suppletione in errore communi

1.—In præsentî paragrapho intendimus hanc duplicem quaestionem considerare, imprimis namque an in errore communi detur semper error *circa aliquem titulum*, et secundo casu quo semper detur *qualis* tunc requiratur et sufficiat. Hasce res considerare in commento canonis 209 relate ad suum primum

institutum iuridicum, non caret momento et necessitate, etsi apud plures iuris ecclesiastici scriptores examini non subiiciantur. Praesentes etenim considerationes relationem habent intimam cum aliis ad doctrinam huius canonis pertinentibus, videlicet cum illa de iurisdictionis suppletionem ab Ecclesia in errore sive iuris, sive facti, atque cum illa de extensione ipsius iurisdictionis.

2.—Prius quam vero hisce quaestionibus solutionem afferamus, praemittere debemus nonnulla de tituli notione deque diversis eiusdem speciebus apud canonistas.

*Titulus* nihil aliud esse videtur quam ratio seu fundamentum proximum ex quo aliquod ius in concreto enascitur. Et nunc cum loquamur de iurisdictione, titulum erit ratio seu causa "ex qua iurisdictionis acquiritur" (1) Titulus, ut notat D'Annibale referendo ipsud ius romanum, "causam significat". (2). Haec tamen causa, vi cuius acquiritur iurisdictionis, ut revera sit talis necessum est ut a iure sit munita virtute producendi vel gignendi rem, de qua agitur, scilicet ipsam iurisdictionem, et insuper quod de facto ponatur simul cum omnibus conditionibus ad validitatem requisitis, prout ab ipsomet iure pariter sit determinatum (3).

3.—Quoad species autem titulorum iuris ecclesiastici doctores iam non sunt ita conformes, et diversimode omnino loquuntur tum relate ad ipsarum numerum, tum pariter respectu earundem notionum atque denominationum.

Etenim Coronata, ut aliquos tantum citemus, dispescit titulum in verum et falsum, et hunc in duplicem, coloratum nempe et putativum seu aestimatum (4). Maroto admittit triplicem titulum falsum, fictum seu putativum, invalidum seu nullum, et coloratum (5). Wernz-Vidal ipsum dividit titulum in verum et apparentem seu fictum, et hunc in coloratum et existimatum seu putatum (6). D'Annibale distinguit tres diversas tituli spe-

(1) Cfr. Darmanin, *Notulae in modum Commentarii ad librum II Codicis Iuris Canonici*, Animadv. XIII ad can. 209.

(2) D'Annibale, *Sumula Theologiae Moralis* tom. I, n. 79, not. 72, pag. 72, pag. 65.—Edit. IV, Romae, 1896-1897.

(3) Cfr. Darmanin op. cit., loc. cit.

(4) Coronata, *Institutiones Iuris Canonici*, vol. 1, n. 291, pag. 340-341.—Edit. Taurini, 1928-1936.

(5) Maroto, Op. cit., n. 730, pag. 871.

(6) Wernz-Vidal, *Ius Canonicum*, tom. II de Personis, n. 380, pag. 371-372.—Ed. altera, Romae, 1928.

cies, videlicet veri, colorati et putati (7). Et ita apud alios quoque auctores diversitas quoad tituli numerum et eiusdem denominationem passim apparet.

4.—Quoad notionem tituli non veri, quicumque ille sit, debet adnervari apud antiquiores canonistas sermonem esse de interventu Superioris ecclesiastici in tituli acquisitione. Si hoc elementum reapse non adest, nec titulus, etiamsi non verus, habetur, consequenterve talis titulus quomodocumque sit acquisitus, at Superiore non interveniente, nec tituli nomen iuxta ipsos meretur. Ita loquentes de intruso in aliquo officio vel beneficio, ipsum considerant non solum uti vero titulo carentem, at simpliciter absque ullo omnino (8). Apud recentiores vero canonistas pro hocce titulo habendo non est amplius sermo de supradicto interventu ex parte Superioris, ideoque intrusum uti habentem titulum, etsi non verum seu legitimum existimant.

5.—Quid nunc ergo dicendum de omnibus illis notionibus tituli falsi ita diversimode ab auctoribus traditis? Quod cum non sint ex una parte utiles pro iure nunc vigenti, et ex alia magnam inter se ingerant confussionem, eas exponere dignum non iudicamus.

Pro nobis sufficiens erit hanc tituli divisionem prae oculis habere. Titulus est *verus*, si revera ipsi nihil deest, ut iurisdictionem, de qua agitur, transferat, v. g. titulus Parochi rite obtentus pro iurisdictione paroeciali. Dicitur *coloratus*, si habet speciem seu colorem veri, sed reapse occulto vitio laborat, v. gr. titulus ipse nulliter obtentus propter occultum vitium sive dantis, sive recipientis ipsum, sive denique ex parte collationis eiusdem. Denique titulus nec verus, nec coloratus, scilicet *putatus*, est ille qui falso creditur adesse, sive ex errore iuris, sive ex errore facti.

6.—His dictis examini subiicitur prima quaestio huius paragraphi, utrum nempe in errore communi adesse sit necesse aliquis titulus. Hoc abs dubio apud auctores pertractari non solet, ideo forsitan quia nulla in se patitur difficultate. Attamen

(7) D'Annibale, op. cit., loc. cit.

(8) Cfr. D'Annibale, op. cit., loc. cit.; Lessium, op. cit., lib. 2, cap. 29, dub. 8, n. 65, pag. 369; Sanchez, op. cit., loc. cit., n. 2, pag. 252; Wiggandt, **Tribunal Confessoriorum et Ordinandorum**, tract. XIII, exam. V, quaes. VIII, pag. 380.—Ed. Pisauri, 1760.

Hic auctor accipit huiusmodi tituli notionem uti ab ipsomet Caietano traditam.

cum non desint nonnulli ita loquentes ac si hodie pro iurisdictionis suppletionem nullus omnino titulus exigeretur, hinc sequentem propositionem breviter declaramus: "In iurisdictionis suppletionem habetur semper aliquis titulus circa quem error communis versatur".

Iurisdictionis possessio nec quidem concipitur sine aliquo titulo (9). Idcirco eo ipso ac datur error communis circa iurisdictionis possessionem debet quoque dari circa eiusdem titulum.

Et nullatenus dicatur sufficere ut error versetur circa ipsam tantum iurisdictionis possessionem de facto non habitae, quia tunc impossibilis foret illa quaestio an in casu suppletionis agatur de errore communi iuris, vel facti, vel utriusque. Revera haec distinctio inter utrumque errorem fit praecise attendendo ad communem populi existimationem, utrum nempe sint fideles in errore, vel quia ignorant existentiam, vel naturam, vel utramque, respectu tituli iurisdictionis. Quaestio tamen de errore iuris et facti expresse fit communiter apud iuris ecclesiastici scriptores, quamvis non raro brevissima ad minus vera consideratione. Igitur si hanc secundam instituunt, eo ipso admittunt errorem communem in iurisdictionis suppletionem versare semper debere circa aliquem titulum. Et dicta sufficiant pro supradicta propositione declaranda.

7.—Ea, quae ad secundam considerationem spectant, fuerunt, tempore praeterito valde inter ipsos auctores discussa. Disputabatur nempe an in iurisdictionis suppletionem ab Ecclesia error communis sufficeret, an e contra requireretur insuper ut titulus coloratus accederet (10).

8.—Inter auctores, qui tenebant apud ius antiquum necessitatem tituli colorati in errore communi nonnullos ex maioribus haec indicare liceat, ipsorum verba refferendo. Lessius hanc de

---

(9) Clarissime ad rem Capello scribit: "Titulus autem existimatus requiritur, quia iurisdictionis sine aliquo titulo non concipitur. At eo ipso quod habetur error communis, habetur quoque huiusmodi titulus".

(Summa Iuris Canonici, vol. I, n. 269, pag. 323.—Ed. Romae, 1930-1936).

(10) Ita a Genuensi proponebantur haec duae sententiae: "Pro quarto nota sit illa quaestio: An necessario requiratur non solum communis error, sed simul titulus collatus a legitimo Superiore: duplex sententia, et utraque habet suos Patronos... Prima dicit gesta eius valere, qui est in possessione, et in communi existimatione alicuius officii, ex quo oritur communis error. Secunda negat, nisi accedat titulus coloratus a Superiore legitimo collatus, quae a Sanchez acriter defenditur". (De Regimine Regularium, cent. prim., part. prim., dub. 25, n. 2, pag. 82.—Ed. secunda, Genuae, 1653).

necessitate tituli colorati sententiam hisce verbis amplectitur: "Si habet titulum coloratum, et communi errore putetur legitimus superior, eius sententiae et alii actus iurisdictionis sunt validi". (11). Idipsum cogitat Sanchez imo suam sententiam acriter defendit: "Sit tamen conclusio, ut gesta valeant, non satis est communis error, sed *necessarius est titulus collatus a superiore*, quamvis invalidus sit ob aliquod vitium latens: quare dum aliquis sine titulo et auctoritate Superioris in officium iudicis, parochi, aut confessoris se intrusit, licet communis error facti accedat, gesta per illum ad utrumque forum pertinentia, sunt prorsus invalida: nec oppositum reputo probabile". (12). Retinendo uti communem hanc sententiam ita scribit Thesaurus: "Sed retinenda communis sententia... quod nunquam sufficiat communis error, sed quod requiratur etiam titulus coloratus, idest officium, seu potestatem ab eo fuisse concessam, ad quem radicaliter pertinebat tale officium, seu potestatem conferre, quamvis invalide fuerit collata ob aliquem occultum defectum..." (13). Cl. Reiffenstuel propugnat quoque horum opinionem, ipsam vocando communissimam sententiam: "Quando parochus est intrusus, invalide assistit matrimonio, etsi adsit error communis.-" (14). Et ita innumerabiles textus aliorum

(11) Lessius, op. cit., lib. 2, cap. 29, dub. 8, n. 65, pag. 368, ubi sequentes citat auctores pro hac ipsa sententia: Paludanum, in 4, d. 17, q. 6, a. 2; Caietanum, v. absolutionis impedimenta; Navarro, in cap. Placuit, de Poenitentia, d. 6, n. 180; et Aragon, q. 60, a. 6.

(12) Sanchez, op. cit., loc. cit., n. 49, pag. 261. Per plurimos alios auctores a Sanchez huc in favorem suae sententiae citantur. Reapse hic auctor omnibus suis viribus conatus est suam sententiam defendere. En nempe casus historicus cui Sanchez iuxta suam de necessitate tituli colorati doctrinam, suam pariter dedit solutionem: "Secundo infertur decisio cuiusdam quaestionis conscientiae, de qua consultus sum. In oppido quodam abfuit parochus, concilium oppidanum simplicem sacerdotem loco parochi substituit, qui biennio omnia parochi ministeria obivit, communi omnium opinione verus parochus existimatus. Dicendum est sacramenta confessionis et matrimonii, quae ad sui valorem, iurisdictionem parochi desiderant, invalida fuisse, et prorsus iteranda: quia deficit titulus in parochio illo praesumpto, collatus a legitimo superiore Ecclesiastico: (concilium enim oppidanum iurisdictionem ecclesiasticam conferre non potuit): in quo casu nihil proficit communis error". (Ibidem, n. 63, pag. 261).

(13) Thesaurus, **De Poenis Ecclesiasticis**, part. secund., cap. 28, verb. Absolutio, pag. 70.—Ed nova et aucta, ab Ubaldo Giralaldi publicata, Romae, 1760.—Alia tamen sententia sua gaudet probabilitate, imo deberet applicari aliquibus in circumstantiis iuxta ipsum Thesaurum, scilicet: "quando alias sequeretur scandalum, et praedudicium animarum". (Ibidem).

(14) Reiffenstuel, Op. cit., vol. 5, lib. 4, tit. 3, par. 2, n. 77, pag. 409. Cfr. pariter vol. 2, lib. 2, tit. 1, part. 8, n. 199, et n. 200, pag. 199, et vol. 3, lib. 2, tit. 22, par. 9, nn. 267, et 269, pag. 125.

auctorum potuissent afferri, ut iam aliquo modo apparet in ipsis citationibus.

9.—Fundamenta huiusce opinionis ita exponuntur ab Icard:

“Non aliter constare potest de iurisdictione quam per textus iuris canonici, per decisiones Congregationum Romanarum, per opiniones doctorum, vel tandem per probatam consuetudinem”.

Atqui 1.º In lege Barbarius expresse habetur titulus coloratus, seu interventus Superioris iurisdictionem delegantis;

2.º Responsum a Sacra Congregatione, anno 1683, in causa Patavina relata a Benedicto XIV velut aliquid *memoria dignissimum*, asserit dictos sacerdotes excepisse confessiones *invalidae*, sed “non esse inquietandos illos qui bona fide confessi sunt; attamen si ipsi confessi hoc resciverint, vel de invaliditate confessionis dubitaverint, eosdem teneri reiterare confessionem”; (15)

3.º Opinio canonistarum qui favent titulo praesumpto non sufficit ad testificandam voluntatem Ecclesiae in casu;

4.º Ullo modo suffragatur consuetudo in hac materia, cum sit tanta contrarietas in sententiis DD.;

5.º Tandem “dici potest rationem aequitatis quae Ecclesiam induxit ut suppleret iurisdictionem in casu tituli colorati, non militare etiam in casu tituli existimati. Est enim inter utrumque casum notabile discrimen; ordo publicus obstat quominus in societate recte constituta aliquis ullum ministerium valide impleat, qui nullam a Superiore delegationem, aliumve titulum obtinuerit”. (16).

10.—De sententia *non exigente titulum* coloratum pro iurisdictionis suppletionem ab Ecclesia in errore communi iam ipsemet Diana loquitur: “At his minime obstantibus, quod est valde notandum, non desunt viri doctissimi asserentes, quod ut gesta valeant, tam in foro externo, quam conscientiae, satis sit habere communem errorem... Notent hoc Confessarii, quia haec opinio est nova, et satis probabilis, et ex illa bono communi magis consulitur, quam si praeter communem errorem titulus quoque foret necessarius”. (17). Mayr etiam proponit

(15) Benedictus XIV, *Instit.* 84, n. 22.

(16) Vide Icard, *op. cit.*, tom. I, n. 287, pag. 511-512.

(17) Diana, *Resolutiones Morales*, tom. I, tract. 3, resol. 19, pag. 95. Cfr. etiam tom. 2, tract. 6, resol. 81.

hanc doctrina uti probabilem: "Et vero si corticem Iurium praecitt. et aliorum unde haec doctrina desumpta est, intueri velimus, omnino videtur talis titulus esse necessarius. At si motivum et energiam eorum attendamus, probabiliter tenere possumus, communem errorem, etiam secluso titulo colorato, sufficere..." (18). Imo ipsemet Reiffenstuel, qui pluries expresse amplexus est in suo momentissimo opere priorem sententiam, ita tandem in ultimo volumine scribit: "Nihilominus sententia contraria (sc. negans necessitatem tituli colorati), quam tenet et probat Pontius... probabilitate non caret, praesertim, quo revera eadem inconvenientia sequi, ipsumque bonum commune pati videatur, sive gaudeat, sive careat titulo colorato parochus, sive sit intrusus, sive non; dummodo adsit error communis, et ipse communiter verus putetur parochus; prout consideranti patet, intuitu autem boni publici iura ob errorem communem suppleant iurisdictionem per dicta". (19). Et ita porro apud alios quoque auctores. (20).

11.—Schmalzgrueber hanc ultimam sententiam, quae de coetero ab ipsomet amplectitur, optime exponit atque quatuor rationibus probat. (21).

12.—Haec praecedens discussio suam definitivam obtinuit solutionem a canone 209, ubi clare constat *non amplius requiri titulus coloratus* pro iurisdictionis suppletione ab Ecclesia in errore communi. Ita communiter ab auctoribus post Codicem scribentibus exponitur noster canon relate ad hanc quaestionem. Etenim eo ipso quod legislator pro hocce instituto iuridico de iurisdictionis suppletione in errore communi talem tituli colorati circumstantiam non indicat, merito concluditur ipsam nulatenus esse necessariam, alias ipsam indicaret.

Et haec sufficiant pro hac doctrina de necessitate vel minus tituli colorati, nam hodie momentum nullum habet praeterita illa discussio, excepto forsitan historico.

(18) Mayr, Op. cit., tom. 3, lib. 4, tit. 3, n. 138, pag. 175.

(19) Reiffenstuel, op. cit., vol. 5, lib. 4, tit. 3, par. 2, n. 78, pag. 409.

(20) Cfr. D'Annibale, op. cit., tom. 1, n. 79, not. 74, pag. 66. Huc alii quoque auctores citantur et praesertim apud Schmalzgrueber, op. cit., tom. 2, part. prim. tit. 1, n. 21 pag. 20, et Wernz-Vidal, op. cit., tom. II, de Personis, n. 381, not. 7, pag. 381.—Bouix in praesenti quaestione de necessitate vel minus tituli colorati non amplectitur unam sententiam magis quam aliam. (Cfr. Tract. de **Iudiciis Ecclesiasticis**, tom. 1, part. prim., sect. 4, cap. 1, par. III, pag. 13 4).

(21) Cfr. Schmalzgrueber in loc. supra cit.

# Facultates Quinquennales

## Pro Philippinis Insulis

### CAPUT VIII.

#### *Facultates Quinquennales ex Sacra Poenitentiaria.*

#### SUMMARIUM.

1. Facultates ad absolvendum a censuris et poenis ecclesiasticis (nn. 1, 2, 3, 4, 5 et 6): textus et explicatio;—2. Facultates ad dispensandum in impedimentis matrimonii (nn. 7 et 8): textus et explicatio;—3. Facultates ad dispensandum a determinata irregularitate (n. 9): textus et explicatio;—4. Facultates ad concedendum indulgentias (n. 10).

1. *Facultates ad absolvendum a censuris et poenis ecclesiasticis (nn. 1, 2, 3, 4, 5 et 6).*

#### **Textus:**

1. Absolvendi quoscumque poenitentes (exceptis haereticis haeresim inter fideles e proposito disseminantibus) a quibusvis censuris et poenis ecclesiasticis ob haereses tam nemine audiente quam coram aliis externatae incursis, postquam tamen poenitens magistros ex professo haereticalis doctrinae, si quos noverit, ac personas ecclesiasticas et religiosas, si quas hac in re complices habuerit, prout de iure, denunciaverit; et quatenus ob iustas causas huiusmodi denuntiatio ante absolutionem peragi nequeat, facta ab eo seria promissione denuntiationem ipsam peragendam cum primum et quo meliori modo fieri poterit, et postquam in singulis casibus haereses coram absolvente secreto abiuraverit; iniuncta pro modo excessuum gravi poenitentia salutari cum frequentia sacramentorum, et obligatione se retractandi apud personas coram quibus haereses manifestaverit, atque illata scandala reparandi.

#### *Explicatio:*

Prima facultas inter recensitas sub no. 1 est ad absolvendum quoscumque poenitentes absque ulla distinctione ab omnibus censuris et poenis ecclesiasticis incursis ob haereses tam oc-

cultas quam publicas. Quaedam exceptio apponitur huic facultati. Nempe excipiuntur haeretici qui disseminaverint ex proposito haeresim inter fideles ex. gr. pastores protestantes activi. Quaedam condiciones exiguntur ad usum facultatis: a) absolventi tenentur denunciare: 1o. magistros ex professo haereticalis doctrinae ut sunt ex. gr. pastores protestantes et etiam Paripari in schisma Aglipayano, si eos noverint. Et ideo non est necessarium ut ex proposito curent notitiam habere de iis personis. Legislator enim supponit possibile esse quod poenitentes de facto noscant praedictas personas: si hoc locum habet tunc tenentur eas denunciare. Tenentur etiam denunciare personas ecclesiasticas et religiosas solum in casu quo eas ut complices habuerint; b) quandocumque hoc sit difficile ob iustas causas poenitentes debent promittere serio praedictam denunciationem facere quantocius et quo meliori modo fieri possit; c) tenentur abiurare secreto coram absolvente haereses in singulis casibus; d) imponi debet eisdem poenitentia gravis pro modo excessuum cum frequentia sacramentorum; e) tenentur etiam se retractare apud personas coram quibus haereses manifestaverint; f) obligantur postremo ad illata scandala reparanda.

**Textus:**

2. Absolventi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui libros apostatarum haeticorum aut schismaticorum, apostasiam, haeresim aut schisma propugnantes, aliosve per Apostolicas Litteras nominatim prohibitos defenderint aut scienter sine debita licentia legerint vel retinuerint; iniuncta congrua poenitentia salutari ac firma obligatione supradictos libros, quantum fieri poterit, ante absolutionem, destruendi vel Ordinario aut confessario tradendi.

*Explicatio:*

Facultas secunda sub eodem numero potestatem elargitur ad absolvendum a censuris et poenis ecclesiasticis omnes qui libros apostatarum, haeticorum, aut schismaticorum, apostasiam, haeresim aut schisma propugantes, et alios qui per Apostolicas Litteras nominatim prohibitos, defenderint aut scienter id est cum omni cognitione et advertentia sine debita licentia legerint vel retinuerint. Condiciones ad exercitium huius facultatis sunt sequentes: a) imponi debet eisdem congrua poenitentia salutaris; b) poenitentes tenentur destruere quantum fieri poterit ante absolutionem supradictos libros vel tradere eos Ordinario aut confessario.

**Textus:**

3. Absolvendi a censuris eos qui impediverint directe vel directe exercitium iurisdictionis ecclesiasticae sive interni sive externi fori, ad hoc recurrentes ad quamlibet laicalem potestatem.

*Explicatio:*

Tertia facultas est ab absolvendum a censuris eos qui impediverint directe id est cum interventione activa et immediata vel indirecte id est consilio, suasionem, intimidationem etc. exercitium iurisdictionis ecclesiasticae sive interni (ex. gr. iurisdictionem ad absolvendum a peccatis) sive externi fori ex. gr. iurisdictionem necessariam ad administrationem parochialem vel ad regimen Seminariorum etc. Modus impediens ecclesiasticam iurisdictionem de quo loquitur hic numerus est per recursum ad quamlibet laicalem potestatem ex gr. Gubernatorem alicuius provinciae, iudicem saecularem etc.

**Textus:**

4. Absolvendi a censuris et a poenis ecclesiasticis circa duellum statutis, in casibus dumtaxat ad forum externum non deductis: iniuncta gravi poenitentia salutari et aliis iniunctis, quae fuerint de iure iniungendis.

*Explicatio:*

Alia facultas est ab absolvendum a censuris et poenis ecclesiasticis incursis propter duellum; sed requiritur ut agatur de casibus nondum deductis ad forum externum id est ad notitiam publici. Poenae statutae contra duellantes inveniuntur in canonicis 1240 § 1, no. 4 et 2351. Exigitur etiam ut iniungatur poenitentia gravis et salutari id est gravis iuxta regulas in theologia morali traditas et salutari id est attentis condicionibus et circumstantiis poenitentis. Iniungi etiam debent poenitenti omnia alia quae ius praescribit in hac materia.

**Textus:**

5. Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui nomen dederint sectae massonicae aliisque eiusdem generis associationibus, quae contra Ecclesiam vel legitimas civiles potestates machinantur; ita tamen ut a respectiva secta vel associatione omnino se separent eamque abiurent; denuncient, iuxta Can. 2336, § 2, personas ecclesiasticas vel religiosas, si quas eisdem adscriptas noverint; libros, manuscripta ac signa eandem

respicientia, si qua retineant, in manus absolventis tradant, ad Sanctum Officium quam primum caute transmittenda aut saltem si iustae gravesque causae id postulent, destruenda; iniuncta pro modo culparum gravi poenitentia salutari cum frequentatione sacramentalis confessionis et obligatione illata scandala reparandi.

*Explicatio:*

Facultas sub no. 5 potestatem confert absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos omnes qui comprehenduntur sub dispositionibus canonum 2335 et 2336. Condiciones ad exercitium huius facultatis sunt sequentes: a) separatio completa a respectiva secta vel associatione; b) abiuratio eiusdem; c) denuntiatio ad normam canonis 2336 § 2 personarum ecclesiasticarum et religiosarum quas noverint adscriptas praedictis sectis; itaque si de facto non noverint praedictas personas non obligantur ad hanc dispositionem; d) traditio in manus absolventis librorum, manuscriptorum ac signorum eiusdem sectae si qua retineant. Haec omnia de regula generali transmitti debent quam primum et caute ad Sanctum Officium; aut destrui quando iustae gravesque causae id postulent. Praescribitur etiam ut poenitenti iniungatur poenitentia gravis et salutaris pro modo culparum. Etiam imponi debet eidem frequens confessio sacramentalis et obligatio reparandi illata scandala.

**Textus:**

Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui clausuram regularium utriusque sexus sine legitima licentia ingressi fuerint, necnon qui eos introduxerint vel admiserint; dummodo tamen id factum ne fuerit ad finem utcumque graviter criminis, etiam effectu non secuto, nec ad externum forum deductum; congrua pro modo culpa poenitentia salutari iniuncta.

*Explicatio:*

In no. 6 conceditur facultas absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui clausuram regularium utriusque sexus illegitime ingressi fuerint, necnon qui eos introduxerint vel admiserint. Sed exigitur ut condicio necessaria ad absolutionem impartendam ut ingressus in clausuram non fuerit ad finem quomodocumque criminis ex. gr. ad graviter violandam castitatem vel ad furandum etc. In hoc casu enim facultas non potest exerceri. Exigitur etiam ut violatio clausurae non fuerit deducta ad forum externum, id est ut non constet modo publico et manifesto. Praescribitur postremo ut iniungatur poenitentia salu-

taris et congrua pro modo culpae id est secundum gravitatem maiorem vel minorem culpae.

2. *Facultates ad dispensandum in impedimentis matrimonii (nn. 7 et 8).*

**Textus:**

7. Dispensandi ad petendum debitum coniugale cum transgressore voti castitatis perfectae et perpetuae, privatim post completum XVIII aetatis annum emissi, qui matrimonium cum dicto voto contraxerit, huiusmodi poenitentem monendo, ipsum ad idem votum servandum teneri tam extra licitum matrimonii usum quam si coniugi supervixerit.

*Explicatio:*

Conceditur sub no. 7 facultas dispensandi ad petendum debitum coniugale illi qui transgressus est obligationem voti castitatis perfectae et perpetuae, privatim emissae post completum decimum octavum aetatis annum, quando contraxerit matrimonium cum dicto voto. Ex canone 1309 habemus quod reservatur Sedi Apostolicae votum castitatis perfectae et perpetuae quod emissum fuerit absolute et post completum decimum octavum aetatis annum. Iuxta canonem 1058 votum castitatis perfectae impedit matrimonium et consequenter usum matrimonii. Facultate explicata conceditur dispensatio ad usum matrimonii ex parte voventis, id est facultas petendi debitum conjugale. Sed haec dispensatio est limitata sive quoad tempus matrimonii sive etiam quoad alias personas praeter coniugem. Et ideo persona dispensata moneri debet de obligatione servandi votum tum extra licitum matrimonii usum tum in casu quo ipse superviserit coniugi.

**Textus:**

8. Dispensandi super occulto criminis impedimento, dummodo sit absque ulla machinatione et agatur de matrimonio iam contracto; monitis putatis coniugibus de necessaria consensus secreta renovatione, ac iniuncta gravi et diuturna poenitentia salutari.

Item dispensandi super eodem occulto impedimento, dummodo pariter sit absque ulla machinatione, etiam in matrimonii contrahendis, iniuncta gravi et diuturna poenitentia salutari.

*Explicatio:*

In no. 8 conceditur facultas dispensandi super impedimento criminis dummodo: a) sit occultum; b) fuerit perpetratum absque ulla machinatione id est absque opera physica vel morali ad mortem coniugi inferendam; c) agatur de matrimonio iam contracto. Et ideo haec facultas non se extendit ad matrimonium contrahendum. Putati coniuges moneri debent de necessaria consensus secreta renovatione. Debet etiam eisdem iniungi poenitentia quae sit: a) gravis iuxta superius explicata; b) diuturna id est quae prolongetur per notabile tempus et c) salutaris iuxta condiciones et circumstantias poenitentis. Etiam conceditur in eodem numero eadem facultas pro matrimoniis contrahendis et sub condicionibus iam supra explicatis. Haec facultas respicit dispositiones I.C. in canone 1075.

3. *Facultas ad dispensandum a determinata irregularitate* (n. 9).

**Textus:**

9. Dispensandi ab irregularitate ex homicidio voluntario aut abortu, de quo in can. 985, no. 4o. sed ad hoc dumtaxat ut poenitens ordines iam susceptos sine infamiae vel scandali periculo exercere queat, iniuncta eidem poenitenti onere intramensem, saltem per epistolam, per alium vel per se, reticito nomine, docendo de omnibus casus circumstantiis, et praesertim quoties delictum patriverit, ad S. P. recurrendi et standi eius mandatis.

*Explicatio:*

Facultas sub no. 9 est ad dispensandum ab irregularitate de qua agitur in canone 985 no. 4o. id est ab irregularitate quae incurritur ab eis qui *voluntarium homicidium* perpetrarunt aut foetus humani abortum procuraverint effectu secuto et omnes cooperantes. Sed haec dispensatio solummodo est ad hoc ut poenitens ordines iam susceptos sine infamiae vel scandali periculo exercere queat. Et ideo facultas non extenditur ad casum in quo susceptio exercitii ordinum fieri possit absque periculo infamiae vel scandali. Poenitens gravatur onere recurrendi ad Sacram Poenitentiarum et standi eius mandatis. Recursus fieri debet intra mensem. Recurri potest vel personaliter vel per epistolam scriptam per alium vel per ipsum poenitentem sed reticito nomine in hoc ultimo casu. Recursus ordinatur ad informandum Sacram Poenitentiarum de omnibus casus circumstantiis praecipue de numero iterationum delicti.

4. *Facultas ad concedendum indulgentias (n. 10).***Textus:**

A) Plenariam Indulgentiam, lucrandam a christifidelibus, qui;

a) Missae, in Pontificalibus ab Ordinario celebratae, die ab Ipsomet Ordinario semel in anno in singulis dioecesis locis designanda, adstiterint;

b) ecclesiam vel publicum aut semipublicum oratorium, in actu quo ibi Ordinarius pastorem Visitationem peragerit, devote visitaverint;

c) tempore dioecesanæ Synodi, visitaverint ecclesiam, in qua ipsa Synodus habetur;

d) die generalis communionis, semel in anno, in ecclesia cathedrali vel alia ecclesia ab Ordinario indictæ sacris Epulis, ibidem reficiantur;

e) tempore Missionum, quæ de Ordinarii licentia in dioecesi habentur, saltem dimidium sacrarum concionum sudierint;

B) Partialem indulgentiam CC. dierum, acquirendam ab iis, qui cuilibet ex concionibus, de quibus supra lit. e) devote interfuerint.

*Explicatio:*

Facultas sub no. 10 est ad concedendum indulgentiam christifidelibus qui:

a) Missæ Pontificali ab Ordinario celebratae, die ab eodem designanda semel in anno in singulis dioecesis locis adsteterint. Missa ergo debet esse: 1o.) pontificalis; 2o.) celebrata die designata ab Ordinario; 3o.) semel in anno; 4o.) in ipsa dioecesi in qua omnes loci sunt habiles dummodo designentur ab Ordinario.

b) devote, id est cum intentione perficiendi actum cultus, visitaverint Ecclesiam vel Oratorium sive publicum sive semipublicum sed in actu quo ibi Ordinarius pastorem visitationem peragerit. Concessio ergo est solum pro citatis locis sacris durante tempore pastoralis visitationis. (Quoad preces in visitatione faciendas oportet et sufficit recitare *sex Pater, Ave et Gloria*; S. Poenit. Ap. 5 Iul. 1930).

c) visitaverint ecclesiam modo dicto, in qua dioecesana Synodus habetur sed tempore eiusdem Synodi dioecesanæ.

d) sacram communionem recipiant die generalis communionis semel in anno in Ecclesia cathedrali vel alia Ecclesia ab Ordinario indictæ.

e) qui saltem dimidium sacrarum concionum audierint tempore Missionum quae de Ordinarii licentia in dioecesi habentur. Haec concessio extenditur ad omnes Missiones (vulgo exercicios espirituales) quae in paroeciis habentur ex licentia Ordinarii loci.

Conceditur etiam in eodem numero et sub littera B, partialis Indulgentia seu potius facultas concedendi indulgentiam partialem ducentorum dierum iis omnibus qui cuilibet ex concionibus iam citatis devote interfuerint.

## CAPUT IX

*Normae a Sacra Poenitentiaria approbatae pro usu praedictarum facultatum.*

### SUMMARIUM.

1. Subiectum passivum facultatum;—2. Quibus communicari possunt haec facultates ab Ordinario loci;—3. Quae sint facultates stricte personales quae delegari nequeunt.

#### 1. *Subiectum passivum facultatum.*

**Textus:**

Adnotanda: 1.—Ordinarius recensitis facultatibus, tum absolvendi a censuris tum dispensandi, pro foro conscientiae etiam extra sacramentalem confessionem cum suis subditis, et extra dioecesim quoque, quatenus vel ipse vel subditus vel uterque extra dioecesim fuerint, necnon cum non subditis intra limites proprii territorii, ex speciali Sedis Apostolicae auctoritate ipsi concessa uti valebit; easque intra fines dioecesis tantum Canonico Poenitentiario necnon Vicariis Foraneis, pro foro pariter conscientiae et in actu sacramentalis confessionis dumtaxat, etiam habitualiter si ipsi placuerit, aliisque vero confessariis cum ad ipsum Ordinarium in casibus particularibus poenitentium recursum habuerint, pro exposito casu impertiri poterit, nisi ob peculiare causas aliquibus confessariis specialiter deputandis per tempus, arbitrio suo statuendum, illas communicare iudicabit.

#### *Explicatio:*

Ordinarius uti potest facultatibus: a) ad absolvendum a censuris; b) ad dispensandum pro foro conscientiae etiam extra

sacramentali: 1o. cum suis subditis sive inveniuntur in dioecesi sive degant extra eam, sive Ordinarius inveniatur in sua propria dioecesi sive extra eamdem; 2o. cum non subditis dummodo inveniuntur intra limites proprii territorii.

2. Quibus communicari possunt haec facultates ab Ordinario loci.

Possunt communicari intra fines dioecesis tantum: a) canonico poenitentiario; b) Vicariis foraneis sed pro foro conscientiae et in actu sacramentalis confessionis dumtaxat. Ordinarius potest communicare facultates personis dictis non solum actualiter sed etiam habitualiter si ipsi placuerit. Potest etiam communicare has facultates aliis confessariis sed solum quando praedicti confessarii recurrant ad ipsum Ordinarium ad petendam facultatem. Denique potest Ordinarius concedere facultates aliquibus confesariis specialiter deputandis per tempus arbitrio suo determinandum.

3. Quae sint facultates stricte personales quae delegari nequeunt.

**Textus:**

2. Ordinarius facultatem praefatas Indulgentias concedendi nemini delegare potest, sed per ipsum tantum exercere debet.

*Explicatio:*

Facultates ad concedendas Indulgentias nemini delegari queunt sed Ordinarius tantum potest exercere eas. Haec dispositio concordat cum illa can. 913, 1o. quae vetat inferiores Romano Pontifice facultate concedendi Indulgentias gaudentes eam aliis committere, nisi id eis a Sede Apostolica expresse fuerit indultum.

CAPUT X.

*Normae Servandae in Taxis Occasione Exercitii Facultatum Quinquennialium.*

SUMMARIUM.

1. In quibus facultatibus exquiri nequeat ulla taxa;—2. In quo casu Ordinarius curare debeat solutionem oblationum;—3. Quando exigi debet determinata taxa;—4. Quando taxae moderandae aut dispensandae erunt;—5. Cui mitti debent taxae solutae;—6. Quam facultatem speciales habeat Ordinarius in hac materia.

1. In quibus facultatibus exquiri nequeat ulla taxa.

Prohibentur omnino taxae: a) pro licentia legendi ac retinendi libros prohibitos. Ratio huius dispositionis est manifes-

quia cum haec prohibitio respiciat tot personas quae de regula generali laborant difficultatibus oeconomicis, si aliqua taxa ab eisdem exigeretur fortasse multi non recurrerent ad Ordinarium loci ut licentiam pro legendis libris aut retinendis obtineant. Nulla taxa exigi potest pro facultatibus Sacrae Poenitentiariae. Ratio huius concessionis videtur esse desiderium Sanctae Sedis consulendi necessitatibus conscientiae fidelium.

2. In quo casu Ordinarius curare debeat solutionem oblationum.

Ordinarius tenetur curare ut fideles solvant quando possunt aequam et congruam oblationem iuxta praxim in Curiis usitam, in concessione dispensationum et sanationum matrimoniarum, ex facultatibus Sancti Officii vel Congregationis de Disciplina Sacramentorum. Notari debet quod in hoc casu non determinatur quantitas vel summa oblationum. Solum exigitur aliqua aequa et congrua oblatio. Determinatio quantitatis requiritur prudentiae et conscientiae Ordinarii.

In oblatione quae solvi debet occasione alienationis bonorum ecclesiasticorum de quo agitur in facultate 5a. Sacrae Congregationis Concilii quantitas oblationis congruere debet emolumento obtento seu utilitati consequutae, iudicio Ordinarii, ex praedicta alienatione. In hoc casu ergo Ordinarius non pollet facultate omnimoda ad determinationem quantitatis oblationis sed tenetur determinare quantitatem attenta utilitate ex praedicta alienatione obtenta.

3. Quando exigi debet determinata taxa.

Taxa quindecim libellarum exigi debet de regula generali pro caeteris Indultis concessis vi facultatum quinquennalium.

4. Quando taxae moderandae aut dispensandae erunt.

In casibus paupertatis oratorum vel quando adsint aliae iustae causae iudicio Ordinarii quae exigant moderationem vel dispensationem taxarum, hae reduci vel etiam condonari debent ab Ordinario secundum iudicium et conscientiam eiusdem. Ratio huius concessionis est desiderium Ecclesiae adiuvandi pauperes et alios qui nequeunt solvere taxas vel oblationes ab eadem impositas.

5. Cui mitti debeant taxae solutae.

Transmitti debent ab Ordinario in fine cuiuslibet anni ad Sanctam Sedem per tramitem Sacrae Congregationis Consisto-

rialis. Mitti debent in foliis separatis adnotando partes quae spectant ad singulas sacras Congregationes.

6. Quam facultatem specialem habeat Ordinarius in hac materia.

Ordinarius potest, quamvis non teneatur, exigere pro quolibet Indulto etiam matrimoniali ad sensum canonis 1056 taxam quinque libellarum. Potest etiam retinere praedictam summam in sui vel dioecesis necessitatibus erogandam. Sed in hoc casu Ordinarius prae oculis habere debet quod disponitur in no. 6 harum normarum circa dispensationem ob paupertatem aliasve iustas causas oratorum.

*FACULTATES CONCESSAE AD INSTANTIAM PATRUM  
CONCILII MANILANI MODO PERMANENTI.*

1a. facultas celebrandi XL Horas ritu sequuto in dioecesisibus Americae Septentrionalis, videlicet:

a) Ut in omnibus ecclesiis et oratoriis publicis, alternis vicibus, semel vel bis quotannis, prout ab Ordinariis satius in Domino visum fuerit, Sacratissimum Sacramentum publicae adorationi per triduum, in forma Quadraginta Horarum, exponi possit horis diurnis tantum, a mane usque ad vesperam: de nocte autem recondatur.

b) Ut processionem omittere liceat, si neque intra ambitum ecclesiae commode fieri valeat.

c) Ut universi utriusque sexus fideles qui illam ecclesiam in qua Venerabile per tres dies expositum manebit, devote visitaverint et inibi pias ad Deum preces per aliquod temporis spatium effuderint, Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum, semel singulis huiusmodi diebus, lucrari possint ac valeant.

d) Ut iis, qui confessi ac sacra Communione refecti ecclesiam visitaverint in qua Sanctissima Eucharistia publico cultu exposita fuerit, ibique pie oraverint, Indulgentiam Plenariam, semel per expositionis triduum lucrandam, quae applicari possit per modum suffragii animabus fidelium defunctorum, Sanctitas Sua benigne concedere dignetur, ea tamen lege ut Christiani fideles ecclesiam praedictam unoquoque tridui die visitent.

e) Ut omnia et singula altaria illius ecclesiae, in qua al-

ternatim fiet expositio, privilegiata, durante expositione, declarentur.

2a. Facultas adimplendi obligationem Paschalis Communionis per tempus a Dominica Septuagesima ad diem Sanctorum Petri et Pauli inclusive.

3a. Facultas ut clerici tituli "servitii Ecclesiae" ad sacros Ordines promoveantur.

4a. Facultas concessa omnibus ecclesiis huius regionis adhibendi paramenta cerulei coloris in Missis Beatae Mariae Virginis Immaculatae sive solemnibus sive privatis, servatis rubricis et decretis, Sacrae Rituum Congregationis. (Vide Acta Concilii p. LXXXI et s.s.)

Notari debet facultates secundam et tertiam potius quam indulta esse confirmationes authenticas antiquarum consuetudinum quae sic vim legis obtinuerunt (can. 25).

*Fr. Juan Ylla*

## La Intención del Ministro en los Sacramentos

El presente artículo se reducirá a explicar y probar de la manera más clara y sencilla posible la siguiente proposición teológica: “*para la Perfección Esencial, o sea, para la Validez de los Sacramentos se requiere en el Ministro intención de hacer lo que hace la Iglesia*”.

En la confección y administración de los Sacramentos de la Nueva Ley, algunas cosas se requieren *necessitate sacramenti*, esto es, son tan imprescindibles que, si no se utilizan no habrá en manera alguna sacramento, aunque la falta de las mismas se deba a ignorancia invencible: tales son la materia y forma respectivas. Otras se requieren *necessitate praecepti*, es decir, porque están mandadas, con el fin de administrarlos mejor y más en consonancia con la dignidad de cosas tan sagradas y de tanta importancia para la salvación y santificación de las almas; no son tan necesarias, sin embargo, que el omitirlas prive al sacramento de su validez.

Las primeras, pues, se requieren absolutamente y siempre para que los sacramentos sean válidos; las segundas se requieren también, pero sólo para la licitud o inculpabilidad del que confiere o administra los sacramentos, pudiendo haber casos, sin embargo, en que aun sin culpa se omitan, o deban omitirse, según lo exijan la índole de cada sacramento y las circunstancias de cada caso, como por ejemplo, en el bautismo de socorro hay que concretarse por de pronto a lo más imprescindible, dejando para después lo demás, si el tiempo lo permite.

Aquellas cosas que hemos dicho son necesarias para la validez pertenecen a la esencia misma del sacramento en una de estas dos maneras: bien como partes intrínsecas—materia y forma—, bien como algo complementario, o perfección esencial, conocido también con el apelativo de *conditio sine qua non*, o sea, como condición indispensable para que las partes esenciales intrínsecas se unan y formen el todo. Tal es la intención del ministro de los sacramentos de la cual ahora nos ocupamos.

Hay ciertamente otra intención necesaria para el sacramento, y es la del que lo recibe; pero, respecto de ésta, sólomente diremos que, puesto que muchísimas veces el sujeto que recibe los sacramentos son niños, incapaces de tener intención

propia, no es tan necesaria como la del ministro, si bien aun la de los niños se suple de alguna manera. Aun hay otra diferencia notable entre las dos intenciones, que se refiere a la cualidad de esa intención, o sea, si ha de ser actual o virtual, o interpretativa. Pues bien; en esto se exige mucho más del ministro que del sujeto, puesto que la llamada intención interpretativa en el ministro no se considera siquiera como especie de intención, mientras que en algunos casos esa basta para el sujeto, y no es otra cosa que la presunción de que el sujeto la tendría si advirtiera plenamente lo que recibe, dados sus antecedentes de buen cristiano, como por ejemplo, los moribundos inconscientes.

Concretándonos, por tanto, a la intención del ministro, y conociendo ya el sentido en que debe entenderse la primera parte de la proposición, se pregunta:

1. ¿Qué clase de intención es esa que se requiere para la validez del sacramento
2. ¿Ha de ser actual, o virtual, o simplemente habitual?
3. ¿A qué debe referirse esa intención?
4. ¿Cuál es el sentido de la frase "intención de hacer lo que hace la Iglesia?"

No es necesario detenerse a responder las dos primeras preguntas, pues tal respuesta quedará sobreentendida, si en general probamos que se requiere intención, pero una intención digna de tal nombre, y en el concepto genuino de la intención irá ya incluida la cualidad.

La tercera pregunta se responde con la segunda parte de la proposición: el ministro no es libre de referir su intención, en cuanto ministro, a otra cosa cualquiera, sino que precisamente debe intentar hacer "lo que hace la Iglesia".

El sentido de esta cláusula lo determinaremos después de dejar bien asentado que se necesita verdadera intención en el ministro, contra aquellos que, a imitación de los luteranos y calvinistas, no ven en los sacramentos más que signos excitativos de la fe que por sí sola salva, y por tanto que basta esta fe del recipiente, aunque por otra parte el sacramento se administre de un modo irrisorio, o mecánicamente.

Pues bien; nuestra proposición, tal y como suena, es de fe, conforme al Concilio Tridentino, que en la Sesión VII, Cap. 11, definió: "Si quis dixerit in ministris dum sacramenta faciunt et conferunt, non requiri intentionem, saltem faciendi quod facit Ecclesia, anathema sit".

La razón teológica en favor de esta doctrina nos la da Sto. Tomás en la Suma, P. III, q. 64, a. VIII, cuando dice: "quando

aliquid se habet ad multa, oportet quod per aliud determinetur ad unum, si illud effici debeat. Ea vero quae in sacramentis aguntur, possunt diversimode agi: sicut ablutio aquae, quae fit in Baptismo, potest ordinari et ad munditiam corporalem, et ad sanitatem corporalem, et ad ludum, et ad multa alia hujusmodi; et ideo oportet quod determinetur ad unum, id est, ad sacramentalem effectum per intentionem abluentis, et haec intentio exprimitur (intellige tamen moraliter, vel ut in pluribus) per verba quae in sacramentis dicuntur, puta cum dicit: ego te baptizo in nomine Patris, etc.”

De modo que según Santo Tomás, la intención es necesaria precisamente para determinar el sentido de la acción material requerida en la confección y administración de los sacramentos, que de suyo es o puede ser indiferente y tender a varias finalidades. Tal es por otra parte la noción genuina de la intención, pues se define: “volitio finis cum advertentia”. Esto es lo mismo que decir, que, al querer un fin determinado, el uso de los medios que serán más adecuados para obtenerlo debe ser advertido por el entendimiento y aplicado deliberadamente por la voluntad con la intención de conseguir el fin que previamente se ha propuesto.

No se vaya a creer, sin embargo, que al decir Sto. Tomás que de ordinario las palabras de la forma en los sacramentos son las que determinan el sentido de la aplicación de la materia en cada caso, nos quiera dar a entender que las palabras de sí mismas o por su naturaleza expresen la intención del ministro, puesto que también las palabras son signos convencionales, y así, bien puede uno, usando las palabras del bautismo, por ejemplo, y al decir: *yo te bautizo*, querer significar otra cosa muy distinta del efecto sacramental; y al añadir: *en el nombre del Padre*, etc., querer darnos a entender que lo hace simplemente en honor de la Santísima Trinidad, o con el fin de alcanzar alguna gracia. La mente del Santo, por tanto, en su raciocinio se ve clara por la salvedad que interpone, o sea, que efectivamente las palabras de la forma sacramental expresan la intención del ministro moralmente hablando y en la mayoría de los casos, no por sí mismas, sino por voluntad del mismo Jesucristo, quien, al determinar las fórmulas de los sacramentos, quiso que siempre que se pronuncian en su nombre signifiquen eso y no otra cosa. Con esta observación ya aparece más claro y concluyente el raciocinio del Angélico Maestro.

Para que además se vea que esa intención del ministro tiene que coincidir con la de la Iglesia, y que por tanto, al obrar debe intentar hacer lo que hace la Iglesia, no hay más que completar la argumentación, según los principios del mismo Santo Doctor, de esta manera; los ministros de los sacramentos obran en ellos como causas instrumentales animadas y li-

bres, es decir, que no solamente les es propio el ser movidas por la causa principal, sino el moverse pro sí mismas; pero para que subsista en ellos la razón de causas instrumentales, deben libremente someter su acción a la de la causa principal. Ahora bien; el ministro, que no intentase hacer lo que hace el agente principal, que es Jesucristo, en cuyo nombre la Iglesia obra siempre e infaliblemente, intentando siempre lo que el mismo Jesucristo intenta, dejaría de ser instrumento de Jesucristo, y por tanto su ministro. La razón de esta consecuencia estriba en que, obrando así independientemente de la causa principal, ya no tendríamos una sola acción sino varias, puesto que la diversidad de fines multiplica a su vez la diversidad de acciones, lo cual es ajeno a la naturaleza de causa instrumental en cuanto tal, cuyo efecto se identifica con el de la causa principal, y a ésta se le atribuye.

Si sería, pues, absurdo deducir que en tales casos los ministros ya no serían verdaderos instrumentos de Jesucristo, por fuerza habrá que concluir finalmente que la intención requerida en el ministro de los sacramentos debe ser el hacer lo que hace la Iglesia y no otra cualquiera. (Cfr. *ib.* ad 1.)

Para salir al paso de un pequeño reparo que se podría poner a esta doctrina, debemos añadir que la Iglesia de que aquí se trata es aquella que sea la verdadera Iglesia de Jesucristo, de ahí que aun aquellos que no admiten la Iglesia Romana como la verdadera, (aunque objetivamente se identifiquen, como sabemos muy bien), si alguna vez tuvieran ocasión de ser ministros del Bautismo, por ejemplo, lo harían válidamente, con tal que se propusieran hacer lo que hace la Iglesia de Jesucristo, cualquiera que ella sea, en concreto.

Vengamos ya a contestar a la cuarta pregunta propuesta más arriba, y veamos qué sentido ha de darse en definitiva a la cláusula: "hacer lo que hace la Iglesia", porque en los sacramentos hallamos estas cuatro cosas:

1. Los ritos externos, materialmente considerados.
2. Los mismos ritos considerados por la Iglesia como sagrados, prescindiendo de que sean o no sean tales en la realidad.
3. Ceremonias o actos absolutamente sagrados, o sea los sacramentos en su parte esencial.
4. Los mismos sacramentos en cuanto productivos de la gracia y el llamado carácter sacramental.

En primer lugar, tengamos presente que la intención de la Iglesia es tan pura y perfecta que indudablemente se extiende a las cuatro cosas, por lo que la cuestión a resolver no es el indagar en cuál de ellos consista o se manifieste la intención de la Iglesia, sino el saber cuál debe ser lo mínimo que el ministro debe intentar de esas cuatro cosas, para que el sacra-

mento no resulte inválido por falta de esa perfección esencial, y podamos decir con toda verdad que aún entonces el ministro intenta hacer lo que hace la Iglesia.

Los Doctores católicos no están acordes en esta cuestión, pues unos exigen más, otros menos en el ministro, y como la misma Iglesia no ha definido nada sobre el particular, no hay necesidad de añadir que ello no es de fe, sino de libre opinión entre los teólogos.

La opinión más común y la más probable es la que se expresa en la proposición siguiente: "Para la validez del sacramento, no basta intentar y ejecutar escrupulosamente los ritos externos materialmente considerados; pero tampoco es necesario que se crean absolutamente sagrados y mucho menos como productivos de la gracia, sino que es suficiente que al menos se consideren como algo sagrado en la Iglesia, o más brevemente, *que no basta la intención meramente externa a la que no acompaña la interna*". Esto es lo que defendemos aquí.

En favor de esta opinión podemos aducir las siguientes razones: 1. Alejandro VIII, el 8 de Septiembre de 1690, condenó la siguiente proposición: "Valet Baptismus collatus a ministro qui omnem ritum externum formamque baptizandi observat, *intus vero, in corde suo apud se resolvit: non intendo facere quod facit Ecclesia*" (Dezinger, 1318).

Según esta declaración de la Iglesia, por boca de este Sumo Pontífice, se ve claro que su intención no puede quedar reducida a los ritos meramente externos, si no les acompaña la intención interna, revistiéndolos del carácter de algo sagrado en la estimación de la Iglesia.

2. El Concilio de Trento (Sesión 14, Cap. 6) declara nulo el sacramento de la Penitencia, si el sacerdote no lo administra seriamente y le falta la intención de absolver realmente ("si sacerdoti animus serio agendi et vere absolvendi desit"). Por supuesto que no se les ocultaba a los Padres del Concilio que la intención externa va inseparablemente unida al uso actual de los ritos externos, de cualquier manera que se haga, bien de una manera jocosa, bien aparentando un porte externo digno y serio; por donde la seriedad que ellos requieren es algo más que eso, es decir, que exigen al mismo tiempo intención interna, para que todo ello sea en realidad digno y serio; de otro modo, inútil parece que se detuvieran a declarar nula la absolución dada por el sacerdote sin intención de absolver verdaderamente.

3. Antes hemos dicho que el ministro, como causa instrumental debe someter voluntariamente su intención a la del principal agente, para que la acción sea única, y así obrar en conformidad con su carácter de agente instrumental animado y libre. Pues bien; difícilmente podría decirse que el ministro

se somete a la causa principal, si, contentándose con poner los actos exteriores de los ritos y ceremonias, interiormente mientras tanto rehusase de un modo positivo, como se supone en la opinión contraria, conformarse con la intención del agente principal. Convengamos por tanto en que *lo exterior sin lo interior no basta ni puede bastar*.

4. Finalmente, para probar esto mismo, y a la vez que que no hace falta que la intención se extienda a las otras dos cosas, con el fin de que el sacramento sea válido, aduzcamos dos textos de Sto. Tomás en la cuestión de la Suma arriba citada. El primero, del art. IX, donde se pregunta si la falta de fe en el ministro es obstáculo a la validez del sacramento, y en su respuesta a la primera objeción dice: "Si patiatur fidei defectum circa ipsum sacramentum, quod exhibet, licet credat per id quod agitur exterius nullum sequi interiorum effectum, non tamen ignorat quod Ecclesia Catholica intendit per hujusmodi quae exterius aguntur, praebere sacramentum, unde non obstante infidelitate potest intendere facere quod facit Ecclesia, licet estimet id nihil esse, et talis intentio sufficit ad sacramentum". Aquí claramente confiesa Sto. Tomás que no es necesario intentar el producir el efecto del sacramento, sino que basta administrarlo como algo que pertenece a la religión, y no meramente profano, como los ritos meramente externos, que de suyo son indiferentes y pueden intentarse por varios fines.

El segundo texto se encuentra en el artículo X, y dice así: "Intentio ministri potest dupliciter perverti: uno modo respectu ipsius sacramenti, puta cum aliquis non intendit sacramentum conferre, sed derisorie aliquid agere, et talis perversitas tollit veritatem sacramenti, *praecipue*, quando suam intentionem manifestat. . ." (el otro modo no viene al caso). Al escribir *praecipue*, *principalmente*, indica también, que aun cuando esa perversa intención no se manifieste exteriormente, o mejor, la falta de intención interna no se llegue a conocer en el foro externo, siempre resultará inválido el sacramento delante de Dios, a consecuencia de tal defecto de verdadera intención, aunque *in facie Ecclesiae*, como suele decirse, se considere como válido, porque eso es lo que moralmente sucede y se da por supuesto, mientras otra cosa no conste en contrario.

Cotejando los dos textos entre sí, nos atrevemos a interpretar la mente del Santo y decir que las palabras "non intendit conferre sacramentum" del segundo, no significan que el ministro deba considerar el sacramento como cosa absolutamente sagrada, y que en tal sentido es en el que rehusa administrarlo, sino que, aun cuando no llegue a tanto su intención, o positivamente la excluya, por malicia, o por infidelidad, todavía se salvará la validez del sacramento, si al menos lo considera como

algo sagrado y perteneciente a la religión, porque sabe que tal es el concepto que de él tiene la Iglesia, según lo enseñado en el primer texto citado.

Muy recomendable y laudabilísimo será sin duda, no sólo aspirar a lo que creamos más perfecto en el ejercicio de nuestro ministerio, sino también el rectificar nuestra intención de modo que llegue a ser tan pura y perfecta como la de la Iglesia; pero, para evitar por un lado rigorismos infundados, y ansiedades de conciencia, y por otro la desidia y negligencia que nos precipite insensiblemente en un laxismo mucho más peligroso en cosa tan trascendental para la salvación de las almas, no estará demás tener en cuenta siempre la doctrina aquí expuesta, la que esperamos encontrarán todos, como nosotros la creemos, sólidamente fundada.

FR. VIDAL CLEMENTE, O.P.

---

## DIA DEL PAPA

*Indulgencias que pueden ganarse en ese Día  
(Sal Terrae, Nov. 1938)*

Según la última Colección auténtica *Preces et Pia Opera indulgentiis ditata*, 1938, n. 606, los fieles que el Día del Papa asistieren a alguna de las funciones religiosas que todos los años se celebran, bien para solemnizar las alabanzas del Pontificado Romano, y recordar los innumerables beneficios que de él han emanado a todo el mundo, bien para dar gracias a Dios por la incolumidad del Sumo Pontífice y al mismo tiempo pedir al Señor el auxilio necesario para regir la Iglesia sujeta a tantas dificultades ganan:

*Indulgencia de diez años*, rogando por las intenciones del Papa.

*Indulgencia plenaria*, confesando, comulgando, rogando, por las intenciones de Su Santidad.

## Casos y Consultas

### I

#### FORMA DE CELEBRACION DE MATRIMONIO EN CIRCUNSTANCIAS EXTRAORDINARIAS

*En esta misión en que la gente vive esparcida en muchos barrios muy distantes unos de otros y faltos de fácil comunicación sucede generalmente, que cuando dos quieren contraer matrimonio, los padres o mayores del varón van a la casa de la novia y hacen la petición de la mano a sus padres. Los padres de ella si contestan favorablemente exigen antes ciertas condiciones al novio, por ejemplo, que haga antes una casa, o que les sirva antes como criado por una temporada u otra cosa por el estilo. Aceptada la exigencia por parte del novio, se reúnen todos en casa de los padres de la novia; es decir los novios y sus padres, y después de preguntados los novios delante de todos si están conformes en casarse, si contestan que sí, celebran un pequeño convite y se separan. Entonces el novio empieza a edificar la casa que le han pedido, o sirve el tiempo señalado a su suegro, o cumple cualquiera otra condición que se le haya impuesto, y cumplida se presentan al Padre para que los case, pero si no tienen al Padre a mano, porque éste vive en un lugar distante adonde no pueden ir sin grave incomodidad, se juntan sin más ceremonias, pues ya se consideran casados. Algun tiempo después por ejemplo, se presenta el Padre en el barrio, y algunos de estos van a él para que los case; pero otros, sea porque no tienen dinero para pagar, y tienen vergüenza decirlo o sea por otra cualquiera razón, dejan de presentarse al misionero, y continúan viviendo juntos como si estuviesen casados. ¿Estos tales se pueden considerar como amancebados? A mí me parece que no.*

#### UN MISIONERO

Creemos que esos fieles de que habla la consulta están válidamente casados pues celebraron el matrimonio de conformidad con lo que prescribe el canon 1098 en las circunstancias que supone el legislador en dicho canon o sea habiendo la grave incomodidad de que habla el mismo. Se celebró el matrimonio por los novios ante sus padres que actuaron de testigos y hubo manifestación de conformidad de voluntades en unirse en matrimonio. Lo hecho por los padres antes del matrimonio en orden

a consultarse mutuamente si estaban conformes, así como las condiciones a que se sometieron los novios no afectan a la validez de la forma en que los matrimonios fueron celebrados.

